

CURRENTA.

FRANCISCUS XAVERIUS

DOCES DE

Dei et Apostolicæ Sedis Gratia

EPISCOPUS PREMISLIENSIS

HENR. KAPPAH.

Venerabili Clero Diœcesano, Salutem in Domino et Pastoralem Benedictionem!

Nro. 229.

Communicando cum Venerabili Clero Diœcesano appositum Decretum Sacrorum Rituum Congregationis Auctoritate SSimi Dni Nostri Pii PP. IX. sub 10. Februarii 1860 editum, legitimum modum et normam certam in recitandis pro Augustissimo Imperatore publicis precibus statuens—nulli dubitamus, nova exinde Clero et populo fideli accessura esse incitamenta ad enixissime exorandum Omnium Bonorum Datorem Deum ut Augustissimum Imperatorem Nostrum, de Ecclesia Catholica tantopere meritum, diutissime sospitem seruet, cœlestis gratiæ auxilio continuo tueatur, et Ipsum in omnibus consiliis et operibus Suprema Sapientia deducat et in sua potentia custodiat.

Sacrorum Rituum Congregationis Decretum.

IMPERII AUSTRIACI

Fulget jam in Ecclesiæ fastis, atque in ævum magna circumdatum gloria fulgebit augustum Francisci Josephi I. Austriæ Imperatoris nomen, quod domestica sanctorum Decessorum suorum Stephani Ungarici et Henrici cognomento Pii imitatus exempla omnem curam cogitationemque suam, Imperio vix inito, illuc potissimum intenderit, ut jura Catholicæ Ecclesiæ inter subditos sibi populos inviolabilia clamaret, ac, discretis Dei Cæsarisque rationibus, Omnipotentî Deo per quem Reges regnant et Legum Conditores justa decernunt, quæ Dei forent prompto hilarique animo redderet. Insignis adeo in Deum ejusque Ecclesiam pietas, quam ingenti cum plausu totus, qua late patet, Catholicus Orbis excepit, ejusmodi profecto est ut Apostolica Sedes non modo de tanto Imperatore veluti de piissimo sibi que charissimo filio gloriaretur, sed oblatas sibi occasiones eidem gratificandi, quantum in Domino possit, libentissime arripit.

Cum itaque Augustissimus idem Imperator vehementer cupiat publicas quæ a vetustissima etate in Universa Ditione Austriaca pro supremo Imperante consueverunt hactenus adhiberi preces tam in Missis solemnibus per annum, non exclusa Missa Præsantificatorum feria VI. in Parasceve, quam in Præconio Paschali die sabbathi sancti atque in Litanis sanctorum, ab Apostolica Sede ratas haberi, ut ejus auctoritate accedente omnimodam firmitatem accipiant, et ad certam fixamque methodum redigantur, supplicia ea de re vota sua per suum in Urbe Legatum Ssmo Domino Nostro Pio PP. IX. exhiberi curavit. Hac porro occasione cum per eundem Legatum suum enixe postulaverit ut nomen supremi Imperantis in Canone Missæ amodo adjiciatur ad normam potius usus qui ab Austriaco Imperio constituto invaluit, quam anterioris privilegii a Summo Pontifice Clemente XIII. Imperatrici Mariæ Theresiæ ejusque successoribus indulti Apostolicis Litteris sub annulo Piscatoris datis anno 1761. diebus V. et VI. Maii, Sanctitas Sua, matura deliberatione præmissa, volens singularis Sux ac vere paternæ benevolentiæ tanto Imperatori tradere pignus, porrectis ab Eo votis de benignitate Apostolica annuere dignata est, præfatasque publicas preces sub modo et forma infradiendis ratas habuit et confirmavit, atque in omnibus et singulis Ecclesiis Latini Ritus intra fines Imperii Austriaci constitutis recitari mandavit, contrariis quibuscunque, ipsisque superioribus Clementis XIII. Apostolicis Litteris, quibus ad effectum dumtaxat præsentis Indulti expresse derogavit, minime obstantibus.

Methodum autem in istiusmodi precibus usurpandam, atque indeclinabiliter ab omnibus et singulis Latini Ritus Ecclesiis in universa Ditione Austriaca servandam hanc esse voluit.

1. In Missæ Canone nomen Imperatoris adjicietur hac adhibita formula— Et pro Imperatore Nostro N., — quæ dicenda erit post mentionem factam Romani Pontificis et Episcopi Diœcesani.

II. In singulis per annum Missis vel solemnibus, vel Parochialibus, diebus tamen quibus per Rubricam licebit, sequens addetur pro Imperatore Collecta.

ORATIO.

Quæsumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Imperator Noster, qui tua miseratione suæ regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus vitiorum monstris devitare, hostes superare, et ad Te qui via, veritas et vita es graciosus valeat pervenire. Per Dominum &c.

SECRETA.

Munera, Domine, quæsumus oblata sanctifica ut et nobis Unigeniti tui corpus et sanguis fiant; et Imperatori Nostro ad obtinendam animæ corporisque salutem, et paragendum injunctum officium, Te largiente usquequaque proficiant. Per Dominum &c.

POSTCOMMUNIO.

Hæc Domine Oblatio salutaris famulum tuum N. Imperatorem Nostrum ab omnibus tueatur adversis, quatenus et Ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem, et post hujus temporis decursum ad æternam perveniat hæreditatem. Per Dominum &c.

Quibus vero in Diocesis viguit hactenus consuetudo canendi insuper in Missa solemnī sive post antiphonam Communionis sive post ultimum Evangelium versiculum — Domine salvum fac Imperatorem Nostrum N. et exaudi nos in die, qua invocaverimus te — firma eadem consuetudo perstabit.

III. In Missa Præsantificatorum feria VI. in Parasceve inter Orationem pro cunctis Ecclesiæ Ordinibus et aliam pro Catechumenis hæc pro Imperatore dicitur: — Oremus et pro gloriosissimo Imperatore Nostro N. ut Deus et Dominus Noster det illi sedium suarum assistricem sapientiam, qua populum sibi commissum gubernet in omni justitia et sanctitate ad divinam gloriam et nostram perpetuam pacem. Oremus. Flectamus genua. R. Levate.

Omnipotens sempiternæ Deus qui regnis omnibus æterna potestate dominaris respice ad Austriacum benignus Imperium, ut et Imperator juste imperando, et populus fideliter obediendo ad gloriam tui nominis et Regni tranquillitatem unanimi pietate conspirent. Per Dominum &c.

IV. Præconium Paschale sabbatho sancto hæc ratione concluditur:

Precamur ergo te, Domine, ut nos famulos tuos omnemque Clerum et devotissimum populum tuum cum Beatissimo Papa Nostro N. et antiste Nostro N. nec non gloriosissimo Imperatore Nostro N., quibus temporum concessa, in his Paschalibus gaudiis assidua protectione regere, gubernare et conservare digneris. Per Dominum &c.

V. In Litanis Sanctorum cum devenit ad preces, inter versiculum — Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ &c. — et alium — Ut regibus et Principibus — &c. addetur — V. Ut Imperatorem Nostrum custodere digneris. R. Te rogamus audi nos. — Item post Psalmum — Deus in adjutorium &c. dicto versiculo — Oremus pro Pontifice Nostro N. R. Dominus conservet &c. illico subjungitur V. Oremus pro Imperatore Nostro N. R. Domine salvum fac Imperatorem et exaudi nos in die, qua invocaverimus te. Denique, absolutis precibus, immediate post Orationem pro Papa adjicietur Oratio pro Imperatore superius notata — Quæsumus Omnipotens Deus ut famulus tuus N. Imperator noster &c.

Hæc itaque pro Imperatore Augustissimo preces Ssmus Dominus Noster ratas habuit et confirmavit, easque in omnibus Latini Ritus Ecclesiis intra Ditionem Austriacam sitis recitari voluit, omni in superioribus formulis variatione prohibita; salva tantum consuetudine, ubi hactenus viguit, Imperatorem ipsum in publicis precibus semper decorandi duplici titulo Imperatoris et Regis.

Cum autem Constitutionibus Apostolicis cautum sit, ne quæ ex singulari Sanctæ Sedis privilegio uni alterve tantum Diocesi, Provinciæ vel Regno concessa fuerit, in corpus Missalis et Breviarii Romani inserere liceat; ut generali huic præscriptioni omnes in Imperio Austriaco fideliter obtemperant, jussit Sanctitas Sua preces ipsas una cum præsentī decreto adjici solum debere in Appendice Missalis et Breviarii Romani pro diversis locis destinata, vel in supplemento Missarum atque Officiorum uniuscujusque Diocesis proprio.

Quo tandem Episcopi ceterique Ordinarii in locis degentes Austriacæ Dominationi subjectis certum de his omnibus habere possint notitiam, ac pro sollicitudine muneris Pastoralis, plenam perfectamque superiorum quarumcunque ordinationum executionem curare, idem Ssmus Dominus Noster præsens voluit a S. R. Congregatione ferri decretum, contrariis quibuscunque non obstantibus. Romæ die X. Februarii 1860.

C. Episcopus Albanensis Card. **Patrizi**,

S. R. C. Præfectus.

Loco † Sigilli

H. Capalti, S. R. C. Secretarius.

Hoc exemplum cum Originali concordare testamur.
In quorum fidem &c. Vindobonæ die XXV. Aprilis 1860.

Antonius de Luca,

Archiepiscopus Tarsensis, Nuntius Apostolicus. (L. S.)

Inherendo huic Sacrorum Rituum Congregationis Decreto sequentia accurate observanda statuimus:

- I. In Missæ Canone post factam mentionem Romani Pontificis et Episcopi Diœcesani adjicietur, sicut et hucdum moris erat nomen Imperatoris, dicendo: Et pro Imperatore Nostro N.
- II. In singulis per annum Missis vel solemnibus vel parochialibus, exceptis solum Festis I. Clas. et Missa solemnî in Festis 2. Clas. — addetur collecta pro Imperatore in supra posito S. Rituum Congregationis Decreto ordinata.

In Missis porro solemnibus, quæ ad intentionem Augustissimi Imperatoris vel Serenissimæ Domus Cæsareæ aut alias pro publico bono Imperii Austriaci celebrantur, insuper post ultimum Evangelium, vel-quando cantatur Hymnus „Te Deum“ — post decantatum Hymnum cantabitur *V. Domine salvum fac Imperatorem nostrum N., R. Et exaudi nos in die, qua invocaverimus Te, et Oratio: Quæsumus Omnipotens Deus &c.*

- III. In Missa Presanctificatorum feria VI. in Parasceve inter Orationem pro cunctis Ecclesiæ Ordinibus et aliam pro Catechumenis in locum orationis, quæ in Missali habetur pro Imperatore Romano, hæc pro Imperatore dicetur: *Oremus et pro gloriosissimo Imperatore Nostro N. &c. Omnipotens semperiterne Deus &c.* sicut prostat in Decreto S. Rituum Congregationis.

- IV. Præconium Paschale Sabbatho Sancto concludetur, uti in prædicto Decreto notatur: *Precamur ergo Te &c. omissis iis, quæ in Missali sequuntur, scil. Respice &c.*

V. In Litiis Omnium Sanctorum, sicut præcipit Decretum, inter versiculum: *Ut inimicos Sanctæ Ecclesiæ &c.* — et alium: *Ut regibus et principibus &c.* — addetur: *V. Ut Imperatorem Nostrum custodire digneris R. Te rogamus audi nos.* Item post Psalmum: *Deus in adjutorium &c.* dicto versiculo *Oremus pro Pontifice Nostro N. R. Dominus conservet &c.* illico subjungetur *V. Oremus pro Imperatore Nostro N. R. Domine salvum fac Imperatorem, et exaudi nos in die, qua invocaverimus te.* — Denique, absolutis precibus, immediate post Orationem pro Papa adjicietur Oratio pro Imperatore: *Quæsumus Omnipotens Deus &c.*

Hic modus recitandi Litanias semper observabitur, sive Clerus eas in choro recitet, sive in Processionibus vel in devotione parochiali cum populo fidei, sermone etiam vernaculo dicat.

Pro commodo Venerabilis Cleri Diœcesani adjicimus plagulam in folio, quæ continet prelo impressas preces suprafato Decreto Pontificio præscriptas, Missali Romano infingendas, et plagulam in octavo continentem preces in Litiis recitandas pro Breviario Romano, item precum harum vernaculam versionem pro recitatione Litaniarum cum populo fidei.

Premisliæ die 10. Maji 1860.

Nr. 72.

praes.
Poznań sig.
melanie, 20-
ty przy ugh-
miaz Kurron-
is i dnia 20.
Wyszawa 1860
Wyszawa ugh-
stancij postg-
powa.

Ex occasione turbarum et tumultuum popularium adversus Judæos, non sine sanguinis et bonorum jactura in quibusdam Moraviae regionibus excitatorum, commendatam Venerabili Clero hujatis Currenda ddo 20. Januarii a. c. N. 2371 cautionem, ut dehortando populum fidelem ab assiduo apud Judæos servitio et famulatu studiosissime omnia evitare studeat, quæ populum adversus Judæos concitare et ad odium et persecutionem Judæorum inducere possent, rursus enixissime inculcare permotos Nos sentimus, ne occurrendo uni malo, aliud gravius inferi oriatur. — Quapropter Universum Venerabilem Clerum graviter in Domino monemus, ut non solum populo fidei christianæ justitiæ et charitatis erga Judæos officia officaciter ingerat, et pensissimam curam ac diligentiam adhibeat, quatenus omnis concitationis amoveatur occasio, animi fidelium, sicubi exacerbati essent, leniantur, et civilis concordia sarta tecta permaneat: verum etiam omni studio in id incumbat, ne quid in hoc arduo negotio severius, quam ordinatum est, aut imprudentem agatur, cum hinc osoribus sanctissimæ religionis nostræ ansa præberetur, propter immodicum et imprudentem nonnullorum zelum, de universo clero conquerendi, ipsamque sanctam ecclesiam calumnias lacerandi.

Premisliæ die 13. Maji 1860.

Nr. 75.

praes.

Quum juxta factam Nobis ab Excelso Praesidio c. r. Reginis Locumtenentialis Leopoliensis notificationem quidam animarum Curatores contra mentem hujatis Currendæ ddo 20. Januarii a. c. N. 2374. illos quoque famulos judæicos qui ante promulgationem prædictæ ordinationis Nostræ contractum servitii coram lege civili obligantem cum Judæis inierant, ea de causa molestent, et servitia hæc eos deserere jubent, vel etiam laborem diurnum judæis præstandum interdicant, imo eum in finem auxilium quoque præpositorum communitatis exposulent; eoque tum communitatis præpositos tum prædictos servos servitii pactione obstrictos confictui cum Instantiis politicis et civilibus, quæ initæ pactionis observationem urgere debent, exponant: ideo Venerabilem Clerum Diœcesanum iterum enixe cohortari necessitatur, ut limites præfatae Ordinationis Nostræ nullatenus egrediantur, ut nonnisi spiritualibus mediis utantur, omnemque hac in causa collisionem cum c. r. Instantiis sedulo evitare contentur.

Premisliæ die 26. Maji 1860.

Nr. 851.

ex 860. quentia:

l. Ks. Plebani
Młocych kon-
grua z pomodzi
podatku do-
chodowego od
obligacyj
obniegacyj
totaliz, mogg

Excelsum c. r. Rigimen Cracoviense ddo 22. Martii a c. N. 7607 communicavit Nobis se-

Diejenigen Wfrundenbesizer, welche durch den nach der allerhöchsten Entschliessung vom 28. April 1859 und Verordnung des k. k. Finanz-Ministeriums vom 4. März 1859 Z. 2399 von den Zinsen der Staats- und öffentlichen Fonds-Obligationen angeordneten Einkommen-Steuerabzug eine Schmälerung ihrer gesetzlichen Kongrua erleiden, haben Anspruch auf die Vergütung dieses Einkommenentganges, weil an dem Prinzip festgehalten wird, daß die sistemisirte Kongrua nicht geschmäleret werden soll, und bezüglich der altgestifteten Kuratgeistlichkeit, welche sich selbst mit dem die Kongrua von jährlichen 315 fl. öst.

Währung nicht erreichenden Einkommen ohne Anspruch auf eine Ergänzung aus dem Religionsfonde begnügen hat, überdies der hohe Erlaß des h. k. l. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 21. Oktober 1855 Z. 16045 maßgebend ist, wornach die Benefiziaten solcher Kuratien, für die durch Staatsverfügungen an ihrem Einkommen erlittenen Verluste die Entschädigung anzusprechen berechtigt sind.

Die fräglichste Vergütung wird jedoch nicht von Amtswegen sondern nur über Einschreiten der betreffenden Benefiziaten flüssig gemacht werden, weil in jedem einzelnen Falle der Einkommensverlust mit Rücksicht auf die verschiedenen Verfallstermine der Obligationsinteressen für die Vergangenheit erst ziffermäßig ermittelt werden muß, zugleich aber auch für die Zukunft mit derjenigen Kongruaergänzung in Verbindung gebracht werden wird, welche dem betreffenden Benefiziaten schon gegenwärtig bewilligt ist.

Es wird demnach nur eine Kassaanweisung hinsichtlich eines jeden Vfründerers erforderlich sein, und es wird die Kongruaergänzung wie bisher auch künftighin nur in einem Betrage angewiesen werden.

Hievon wird das Hochwürdige bischöfl. Konsistorium mit dem Bemerken in Kenntniß gesetzt, daß die betreffenden k. l. Kreisbehörden unter Einem die Weisung erhalten, hiernach die Kuratgeistlichen zu verständigen.

Ordinationem hanc pro grata notitia Venerabili Clero Curato communicamus.

Premisliæ die 6. Aprilis 1860.

Nr. 786.

Excelsum c. r. Regimen Locumtenentiale Leopoliense sub die 9. Martii a. c. N. 1350/praes.

Szkadzka na
Kraczów przez
ulewy i grady
zubożających.

Excelsum c. r. Regimen Cracoviense sub die 17. Aprilis a. c. N. 7356 significaverunt huic Consistorio sequentia:

Durch den in Folge verheerender Hagelschläge, Regengüße, Stürme und sonstiger außergewöhnlichen Elementar-Ereignisse in einzelnen Theilen Kroatiens eingetretenen Mißwachs ist die dortige Bevölkerung mit einem harten Nothstande in ernstlicher Weise bedroht.

Um den Bedrängten die thunlichste und möglichst ergiebige Unterstützung zuzuwenden, hat das hohe k. l. Ministerium des Innern mit Erlaß vom 6. März 1860 Z. 580 eine allgemeine Sammlung in der Monarchie gestattet.

Das Hochwürdige bischöfl. Konsistorium wird daher ersucht, eine Sammlung einzuleiten, und die eingehenden Beträge unverweilt anher einzusenden.

Quae Venerabili Clero Diocesano pro notitia et possibili egenorum iuvamine cum eo communicamus, ut DD. Decani collectas nefors quotas horsum immittant.

Premisliæ die 1. Maji 1860.

Nr. 875.

Ad factam a Nobis e speciali casu intercessionem, literis c. r. Leopoliensis redituum publicorum

Podania do c.
k. urzędów po-
wiatowych
względem bu-
dowlanych ple-
banalnych eg od
stemplów wol-
ne.

directionis dtdo 24. Aprilis 1860 N. 14142 notificatum est Nobis, Altum c. r. Ministerium publicorum redituum Decreto dtdo 13. Aprilis 1860 N. 3720,201 declarasse, literas curatorum animarum ad c. r. officia districtualia in objecto extruendorum vel reparandorum aedificiorum plebanalium et æconomicorum in vim patentalis taxalis dtdo 9. Februarii 1850 N. 44. h. & 75. s. a tymbro esse immunes.

Quosuper Venerabilis Clerus Curatus hisce edocetur.

Premisliæ die 10. Maji 1860.

Nr. 910.

Excelsum c. r. Locumtenentiale Regimen die 26. Aprilis 1860 N. 17937 communicavit Nobis

Jaký formę za-
chowac przy
winkulowaniu
obligacyj?

sequentia:

Eine nicht unbedeutende Arbeitslast erwuchs der k. l. Universal-Staatsschuldencasse dadurch, daß bei Vinkulirungen, Umschreibungen u. s. w. von Obligationen, insbesondere solchen, die zur Bedeckung der Stiftungen bei Kirchen, Klöstern u. s. w. dienen, das von den Parteien angegebene Vinkulum nach seiner ganzen Ausdehnung auf der Obligation dem Kreditbuche, dem Liquidationsakte und den Umschreibungsjournalen aufgetragen wurde. Das Vinkulum war so oft umfangreich, daß der Obligation und dem Kreditbuche auf welchem der für das Vinkulum offen gelassene Raum selbstverständlich nur eine beschränkte Ausdehnung hat, ganze Bogen zur Aufnahme der Intestitur angeheftet werden mußten.

Die wörtliche Auftragung so umfangreicher Haftungs-Klauseln erscheint aber in vielen Fällen insbesondere dann nicht gebothen, wenn die zu vinkulirende Obligation zur Deckung von Stiftungen, die bei einer und derselben Kirche, Pfründe, Abtei u. s. w. bestehen, dienen soll. Die bestandene vereinigte Hoffanzlei hat im Einverständnisse mit dem Hoffammer-Präsidium bereits mit dem unterm 9. Dezember 1843 Z. 70327 verlautbarten Dekret vom 26. Oktober 1843 Z. 33757 sämtlichen Landesstellen bekannt gegeben, daß, wenn an einer auf öffentliche Fonde lautenden Obligation einzelne Stiftungen Antheile besitzen, zur Sicherstellung und Evidenzhaltung dieser Stiftungen genüge, wenn auf der Rückseite der Obligation von dem Provinzial-Zahlamte der jeder Stiftung gehörige Theilbetrag ersichtlich gemacht wird.

In diesem Sinne hat das h. k. l. Finanz-Ministerium der k. l. Universal-Staatsschuldencasse gestattet, bei Haftungsklauseln, die eine größere Ausdehnung haben, insbesondere von Obligationen, die zur Deckung einer größeren Anzahl von Stiftungen bei einer und derselben Kirche, Pfründe u. s. w. dienen, eine Ablürzung in der Art anzuwenden, daß das Vinkulum einfach auf die bezügliche Kirche, Abtei u. s. w. für verschiedene Stiftungen zu lauten hat. Die Antheile der einzelnen Stiftungen an den Obligationen können aber unter Fertigung des Pfarrers, des Vogtei- und Beziehungsweise Patronats-Kommissärs, dann der Kirchenväter, auf dem Rücken der Obligation ersichtlich gemacht werden.

Ein solcher Vorgang, der auch seiner Zeit bei der Regulirung des geistlichen Stiftungswesens

in Niederösterreich als ein ganz zweckmäßiger erkannt wurde, erscheint um so weniger bedenklich, als die einzelnen Stiftungsantheile ohnehin auch durch die Stiftsbriefe in Evidenz gehalten werden.

Das h. Finanz-Ministerium hat daher mit Erlaß vom 21. Februar d. J. Z. 9189. die Universalstaatsschuldentasse angewiesen in allen künftig vorkommenden Fällen die Einkufurung nicht anders, als in der oben angedeuteten Weise vorzunehmen, wovon das Hochwürdige Konsistorium im Grunde hohen Erlasses des h. k. t. Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 6. April l. J. Z. 3375 in Kenntniß gesetzt wird.

Quæ Venerabili Clero Diœcesano pro notiua et directione inserviant.

Premisliæ die 14. Maji 1860.

nr. 985.

Wagiem
polskomania
de Mszy 5.
dyktymon
g po odpra-
wie.
dłó ó w
maga. No-
alika. ple-
sion do JKs.
karysh.

Quoniam muneris Nostræ pastoralis est vigilare, ut omnia in ecclesia curæ Nostræ concredita, honeste et secundum ordinem fiant: utque omnia, quæ peraguntur, ad Dei gloriam, aedificationemque populi tendant: non possumus non attollere vocem Nostram, contra quosdam ab aliquo tempore in Diœcesim irrep- tos passim abusus, firmam fiduciam ponentes in Deo, Venerabilem Clerum pro viribus adlaboratum, ut abusus hi, per quos et Deus offenditur, et fideles scandalizantur, et ipsemet status sacerdotalis ludibrio, eorum qui extra ecclesiam sunt graviter exponitur, penitus tollantur. Excipite itaque Dilecti ac Venerabiles Fratres! attenta ac benigna aure verba Nostra, quæ minime eo fine proferrimus, ut eos, qui culpæ reos integritate sese cognoverint, confundamus, sed ut opere valeamus pro futuro multitudinem peccatorum, quæ e dictis abusibus quasi ex abundante fonte scaturiunt.

Observavimus imprimis multos e Clero, accedere ad altare Dei sine prævie præmissa præparatione, discedereque ab illo sine debita gratiarum actione. Num talis agendi ratio commendare potest ejusmodi sacerdotem Deo et hominibus? Num talis sacerdos dijudicat rite inter panem quotidianum et panem angelorum? Vultis Dilecti ac Venerabiles Fratres! scire cur multi e sacerdotibus amittunt primitivum suum spiritum et fervorem? cur vix admota manu ad labores evangelicos respiciunt retro et tabescunt torpore? cur securi dormiunt in peccatis? perfecto ideo, quia Sancta non sancte tractant! Accedentes ad altare præmittite semper necessariam præparationem, scientes quali hospiti obviam exitis; discedentes vero ab altari non negligite exhibere profundissimam gratiarum actionem, eo quod Dominus, quem cæli et terra capere non possunt, dignatus sit diverti ad vos et facere in cordibus Vestris suam mansionem. Habentes autem dulcem hospitem hunc in corde non nauseet vos aliquantulum cum illo commorari, illicque indigentias vestras exponere. Ex hoc fonte hauserunt omnes sancti sacerdotes suum sanctum zelum, firmam spem, ignitam charitatem, invictam patientiam, profundam humilitatem, medicinam et robur contra illecebras carnis et tentationes diaboli, generatim omnes illas virtutes, quibus Ecclesiam ornaverunt quasque hodie in illis juste admiramur. Accedite et Vos Dilecti ac Venerabiles Fratres ad Altare Dei pari cum præparatione ac illi, et recedite ab altari eodem modo ac illi, et vos illis in virtutibus non dissimiles eritis.

Obtestamur vos itaque per salutem animæ vestræ, ut in posterum non aliter ad altare Dei accedatis, nisi post præmissam præparationem, ut recedentes ab altari non illico curatis ad mundanos varietates, sed ut in gratiarum actione permaneat prout convenit illis, quorum Dominus pars hæreditatis est. Sic facientes non solum Dilecti Fratres! proficietis ipsimet de virtute in virtute, sed edificabitur insuper curæ vestræ concreditum populum, qui exemplo vestro pellectus tanto frequentius ad Sanctissimum Sacramentum accedet, indeque salutem hauriet, pro vita futura, et benedictionem pro præsentia.

Porro tristem accepimus frequenter relationem, quod nonnulli parochi suos cooperatores indecenter tractent, quodque vicissim Cooperatores suis parochiis nec reverentiam nec obedientiam exhibeant. Et unum et alterum reprehensione dignum est, si quidem talis agendi ratio spiritui ecclesiastico nimium in modum adversatur, incentivumque innumerabilem Scandalorum evadere potest. Jam ipsemet character Sanctus, quem quilibet sacerdos in ordinatione accipit, tueri eundem deberet in quotidiana conversatione, ab omni rudi in-honestaque tractatione. Verum ubi parochus Cooperatorem suum vel ob juvenilem ejusdem ætatem, vel ob defectum necessariæ experientiæ contemnit; ubi societatem ejusdem evidenter evitat, illicque non aliter nisi per modum imperativum loquitur; eundemque præsertim in præsentia parochianorum non ad instar fratris, sed potius ad instar famuli tractat, imo ignominioso nomine famuli interdum appellare non erubescit, an talis agendi modus vel minimam prodit reverentiam debitam characteri Sacerdotali? nunquam cum spiritu ecclesiastico unquam conciliari potest? Sed gratias agimus Domino Nostro indesinenter, quod hujus generis querelæ contra parochos tantummodo rarissime sunt, speramusque solam mentionem earum sufficere, ut pro futuro penitus nec nominetur in Diœcesi. At multo frequentiores querelæ occurrunt adversus Cooperatores, qui neque reverentiam neque obedientiam parochiis suis exhibere volunt. Hoc Dilecti Filii! non recommendat vos. Sic facientes peccatis in Christum et in sanctam ecclesiam ejus. Ab exhibenda reverentia et obedientia, Parocho vestro præstanda, nemo vos unquam dispensare potest. Memineritis parochum non solum esse curatorem animarum parochianorum, verum pari ratione et curatorem sui cooperatoris, qui primus parochianus ejusdem est: memineritis parochum esse immediatum superiorem Cooperatoris, cui itaque sine prævaricatione legis divinæ et ecclesiasticæ reverentia et obedientia denegari non potest memineritis directionem ecclesiæ esse concreditam exclusive parocho a quo omnis initiativa in introducenda quacumque mutatione lege permissa, quam ad gloriam Dei et salutem animarum conferre credit, procedere debet; Cooperatorem vero esse sacerdotem auxiliarem, eum in finem stationi applicatum, ut peragat, quæ eidem a parocho committantur. Nostis perbene et docetis alios, Superioribus debere reverentiam et obedientiam. Scitis Christum Dominum fuisse obedientem usque ad mortem crucis; obedientiamque meliorem esse in conspectu Domini, quam sacrificium, ostendite itaque quod quæ nostis, docetis, monetis, opere compleatis.

Ex exemplo vestro discat populus fidelis magis, quam e verbis avobis prolatis, quomodo superiores suos revereri, illisque obedientiam exhibere debeat. Qui vero e Cooperatoribus parochi suo reverentiam denegat, omni data occasione eidem in facie resistit, quotidieque novas cum illo movet altercationes, ad jungitur inimicis ejus, laudatque sub illo factas supplantationes; qui fragilitatem ejus lato ore omnibus, quibus aures audiendi babeant, e tectis profert illasque exaggerat, et denique qui stridens illi obtemperat: hic manifeste prodit, quod spiritum mansueti, humilis et obedientis Christi non habeat. Obsecramus itaque et obtestamur omnes Cooperatores in Domino, ut a modo parochos suos honore prosequantur tanquam suos patres, illisque pro conscientia sua obediant maximopere in negotiis curam animarum spectantibus, ut sic adimpletes legem Christi, non destituantur æterna mercede in die futuræ retributionis.

Currenda præsens Condecanalibus est communicanda et Officia Decanalìa invigilabunt, quatenus prædisposita ab omnibus rite serventur.

Premisliæ, die 19. Maji 1860.

E CONSISTORIO EPISCOPALI R. L. PREMISLIENSIS.

Franciscus Xaverius,
Eppus.

ADALBERTUS HARMATA,
Cancellarius.